

Varia exempla fortunæ. CAP. XLII.

CAetera exēpla fortunæ uariātis innumera sūt. Etenim, q̄ facit magna gaudia, nisi ex malis? aut quæ mala immensa, nisi ex ingentibus gaudijs?

De bis proscripto, L. Sylla, Q. Metello.

CAP. XLIII.

Seruauit p̄scriptū à Seylla M. Fidustiū senatorē annis xxxvi. sed iterū p̄scriptus. Sup̄stes Sylla uixit, sed usq; ad Antonium: cōstatq; nulla alia de causa ab eo proscriptum, q̄ quia proscriptus fuisset. Triumphare P. Ventidiū de Parthis uoluit quidē solū, sed eundē in triūpho Asculano Cn. Pōpeij Strabonis duxit puerū: quāquā Massurius autor est, bis in triūpho ductū: Cicero mulionē castrensem suffarraneum fuisse: plurimi, iuuetā inopē in caliga militari tolerasse. Fuit & Balbus Cornelius maior consul, sed accusatus, atq; de iure uirgarū in eū iudicū in cōsiliū missus, primus externorū, atq; etiā in oceano genitorū usus, illo honore, quē maiores Latio quoq; negauerunt. Est & L. Fuluius inter insignia exēpla, Tusculanorū rebellantiū cōsul: eodēq; honore cū trāsisset, exornatus confestim à populo Rom. qui solus eodē anno quo fuerat hostis, Romæ triumphauit ex ijs, quorū cōsul fuerat. Unus hoīum ad hoc aui, felicit sibi cognomē asseruit L. Sylla, ciuili nēpe sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus. * Et quibus felicitatis inductus argumentis? q̄ proscribere tot milia ciuium ac trucidare potuisset. O praua interpretatio, & futuro tēpore in felix. Nō melioris sortis tunc fuere pereuntes, quorū miseremur hodie, cū Syllā nemo non oderit? Age, non exitus uitæ eius, oīum proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodēte seipso corpore & supplicia sibi gignēte? Quod ut dissimulauerit, et supremo somnio eius (cui tmortuus quodāmodo est) credamus, ab uno illo inuidiā gloria uictā: hoc tamē nempe felicitati suæ defuisse confessus est, q̄ Capitoliū non dedicauisset. Q. Metellus in ea oratione quā habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli, pontificis, bis consulis, dictatoris, magistrī equitum, quindecim uiri agris dandis, qui * primus elephantos primo Punico bello duxit in triūpho scriptū reliquit: decē maximas res optimasq; in quibus quæredis sapientes atq; exigēret, cōsummasse eū. Voluisse enim primariū bellatorē esse, optimū oratorē, fortissimū imperatorē, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summū senatorē haberi, pecuniā magnā bono modo inuenire, multos liberos relinquere, et clarissimum in ciuitate esse. Hæc contigisse ei, nec ulli alij post Romā conditā, longū est refellere & supuacuum, abūde uno casu refutāte. Siquidē is Metellus orbā luminibus exegit senectā, amissis icēdio cū Palladiū raperet ex æde Vestæ, memorabili causa, sed euetu misero. Quo fit, ut infelix quidē dici nō debeat, felix tamē nō possit. Tribuit ei populus Ro. quod nunq̄ ulli alij ab cōdito auo, ut quoties ī senatum iret, curru uehere tur ad curiā; Magnū & sublime, sed pro oculis datū.

* En, sine in interrogatio-
ne.
* tempori

* plurimos:
ut lib. 18.
ca. 3. Cū L.
Metellus in
triūpho plu-
rimos duxit
elephantos.
Manius enim
Curius
primus duxit
in triūpho,
pulsō Italia
Pyrrho rege.

De altero Metello.

CAP. XLIIII.

Huius quoq; Q. Metelli, qui illa de patre dixerat, filius, iter rara felicitatis humanæ exēpla numeratur. Nā prater honores amplissimos, cognomenq; è Macedonia quatuor filiis illatus rogo, uno* pratore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, uno censorio: quæ singula quoq; paucis contigere: in ipso tamen flore* dignationis suæ ab Catinio La-beone, cui cognomen fuit Macerioni, tribuno plebis, quem è senatu censor eiecerat, reuertens è campo meridiano tēpore, uacuo foro & Capitolio ad Tarpeiū raptus, ut præcipitaretur, conuolante quidem tā numerosa illa cohorte, q̄ patrē eum appellabat, sed (ut necesse erat in subito) tarde & tanquam in exequias cum resistendi sacroq; sanctum repellendi ius non esset, uirtutis suæ opera & censura periturus ægre tribuno qui intercederet reperto, à limine ipso mortis reuocatus: alieno beneficio postea uixit, bonis inde etiā cōsecratis à damnatu suo: tanq̄ parum esset, faucium certe intortarum, expressiq; per aures sanguinis pœnam exactam esse. Equidem & Africani * sequentis inimicum fuisse inter calamitates duxerim ipso teste Macedonico. Siquidem liberis dixit: Ite filij, celebrate exequias, nunq̄ ciuis maioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iā Balearicis et Creticis & Diadematis, iam Macedonicus ipse. Verū ut illa sola iniuria æstimetur, quis hunc iure felicē dixerit, periclitatū ad libidinē inimici, nec Africani saltē, perire: quos hostes uicisse tāti fuit? aut quos nō honores currusq; illa sua uiolentia fortuna retroegit, per mediā urbem censore tracto (etenim sola hæc moriēdi ratio fuerat) tracto in Capitoliū illud, in qd̄ triumphās ipse de eorū exuuijs, ne captiuos quidē sic traxerat. Maius hoc scelus felicitate cōsecuta factum est, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in quo à triumphalibus liberis portaretur in rogam, uelut exequijs quoque triumphās, nulla est profecto solida felicitas, quam cōtumelia ulla uita rumpit, nedum tāta. Quod superest, nescio morum gloriæ an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam Catinij audaciam semper fuisse inultam.

De diuo Augusto.

CAP. XLV.

In diuo quoq; Augusto, quē uniuersa mortalitas in hac cēnsura nuncupat, si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperiētur uolumina. Repulsa in magisterio equitum apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus: proscriptiois inuidia, collegium in triumphu ratu pessimorum ciuium, nec æqua saltē portione, sed prægrauī Antonio: Philippensi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebræ agroti: & (ut fatētur Agrippa & Mæcenas) aqua subter cutem fusa turgida latera: naufragia Sicula, & alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga urgente hostium manu, preces Proculio mortis admota: cura Perusina contentio: sollicitudo Martis Actiaci: Pannonici belli ruina

* pratorio

* dignitatis

* Aemiliani
inimic.

* Dalmaticis